UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Universitätsbibliothek Paderborn**

# V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum Tractatuum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum dierum Quadragesimæ

**Drużbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066405**

37. Considerando in quinque vulneribus Christi, Dolores internos. 2. Externos. 3. Virtutes. 4. Labores. 5. Charitatem Christi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45427**

Visual Library

& ſimilitudo Humanitatis, in meam tranſeunt „ utilitatem. Hic enim ſapor, hic fructus eſt & „ laboris, & doloris. „ ] Hæc Bernardus, cujus verbis, nihil præter uberiorem & intimiorem mentis conſiderationem addendum arbitror.

# MODUS XXXVII.

TRigeſimus ſeptimus Paſſionem Domini meditandi modus eſt. Aſſumere ad conſiderandum quinque præcipua genera rerum in Chriſti Paſſione eluceſcentium; qualia ſunt. 1. Dolores interni Animi Chriſti. 2. Dolores externi Corporis Chriſti. 3. Virtutes excellentes & Heroicæ in Paſſione à Chriſto exercitæ. 4. Opera & labores admirandi à Chriſto, tam in vita quàm Paſſione perfecti. 5. Exceſſiva Charitas Chriſti, qua omnia priora perfecit patravitque. Hæc quinque Capita, poſſunt per totidem vulnera Chriſti diſtribui, in eisque expendi, adorari, aliisque actibus piis, ac utilibus honorari. Hoc meditandi Paſſionem Chriſto modo, uſus eſt, & aliis tradidit Pater Joannes Argentus, vir in Societate noſtra, magna perfectionis atque Sapientiæ Spiritualis: tum verò de hac noſtra Polona Provincia optimè meritus. Cujus exercitium hoc libenter inſero, tum grati animi mei in virum illum ſtudio, tum quia illud ad profectum Spiritualem, in cujuscunque ſtatûs perſona promovendum perutile judico, qua etiam de cauſa, totam exercitii hujus diſpoſitionem & praxim, prout eam à prudentiſſimo illo Patre traditam in adverſariis meis aſceticis ante annos triginta notatam habeo, in præſenti exhibere

volo. Sic igitur Praxis & diſpoſitio
habet.

I. *Conſideratio*, Dolorum internorum
mæ Chriſti in vulnere ſiniſtri pedis ej
Saluto te, adoro, glorifico, glorioſum
Pedis vulnus Domini mei JEſu Chriſti, &
norem tuum genuflexione hâc adoratio
cio, illo toto affectu, quo te omnes c
adorant, adorareque debent in æternum.

Sequatur contemplatio Dolorum
Chriſti internorum; qui fuêre tœdia, t
contriſtationes, agoniæ, contemptus, od
fuſiones, contumeliæ, calumniæ, blaſ
deſolationes, inſultationes, ingratitudin
gnitates, furores, injuriæ, &c. Ex
quam intenſi, quàm puri, quàm longi, à
pro quibus, propter quæ peccata fuêre
Ex quibus conſiderationibus, ſurgent in
ctus gratitudinis, compaſſionis, adm
deprecationis, confuſionis, imitationis
inſtructionis, quomodo nimirum ad h
xemplaris in Chriſto euceſcentis norma
gendæ ſint mihi Paſſiones meæ, potentiæ
teriores Animæ, tum omnes, tum ex
mùm, quarum inordinatione frequent
linquo.

Propter merita glorioſi adorandique
vulneris tui manſuetiſſime JEſu, poſtul
miſericordiam, & gratiam tuam copio
efficacem, ad mortificandas in me paſſion
as: ad moderandam in me curioſitatem
ctûs: malitiam & effrenitatem voluntatis
tatem & brutitatem memoriæ: ad expel
quoque ex me ſuperbiam mentis, inobedi

impatientiam, vindicandi temeritatem, gulam, tepiditatem, inconſtantiam, omnemque omnino inordinationem, effervefcentiam, rebellionem partis inferioris, & ſuperioris, Animæ.

Neque ſolùm mihi, ſed etiam omnibus amicis, benefactoribus, tam privatis, quam communibus meis; omnibus quoque, quos Tu Domine ſcis & vis eſſe, in Te & propter Te meos, omnibus denique proximis meis, iſta peto, ut Tibi una mecum, ab omni ſenſuum paſſionumque perturbatione, ab omni ſæculi & ſui amore liberati, integro corde, pleno affectu, ſincera inhæſione ſerviant in æternum.

Porro mi JEſu omnes iſtas Sacratisſimæ Animæ Tuæ extremas acerbitates, amabili tuo cordi offero. Offerens Tibi ſimul, per Te autem Æterno Patri Tuo, Spirituique Sancto meipſum totum petens à Te, & Patre Tuo, Spirituque Sancto, ut hanc oblationem mei ipſius ſuſcipientes, repleatis me Spiritu veræ de peccatis meis contritionis, paſſionum quoque mearum mortificationis, & ſolidisſimæ manſuetudinis. *Pater noſter*, & *Ave Maria.*

II. *Conſideratio*, Dolorum externorum Corporis Chriſti in vulnere Dextri Pedis ejusdem.

Saluto Te, adoro, glorifico, ſuavisſimum dextri pedis vulnus, Domini mei JEſu Chriſti: & in honorem tuum, hanc genuflexionem adoratoriam facio, toto illo affectu, quo Te creaturæ omnes adorant, & adorare debent in æternum.

Sequitur Contemplatio affectiva Dolorum externorum in Corpore à Chriſto ſuſceptorum,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtatuendo omnia paſſionis genera, & i
menta ob oculos, JEſumque his omnibus
ctúm. Nunc ergo JEſus Sanguinem ſ
nunc inter militum manus, nunc in carce
cturno, nunc ad columnam, nunc Hom
purpuratus coronatusque, nunc ſub cru
mens, nunc in cruce pendens, nunc in ſep
cadaver jacens, &c. horumque omnium
modus, cauſa, diſpiciatur. Inde autem ego
quàm ſevere corpus meum, ſenſusque
tractare, quam avidè ſaginari incommo
corporalium patientiâ, & Crucibus debe
Chriſto. Propter merita hujus Tui in dex
de vulneris ſuaviſſimi, mi JEſu, poſtulo g
tuam, ad ſuſtinendum aliquid pro Te ho
ſemper, cum omni patientia, & alacrita
gaudio & fame, ampliora patiendi; p
amorem ſincerum, omnium meorum in
rum, ingratorum, malefactorumque: p
etiam & veram injuriarum oblivionem,
pter Te condonationem, Tibi verò ear
nationem: poſtulo ut omnia adverſa ta
proſpera, nec tanquam à creatura, ſed ta
à tua manu Divina in me Paterno affectu
ta & immiſſa acceptem, manum tuam exo
ipſique me humiliter ſubjiciam.

Quod ipſum poſtulo omnibus quo
modo, etiam per inimicitiam odiumque
meis, quosque Tu Domine vis & ſcis eſſe
& propter Te meos: ut Tibi unà mecum,
& fideli corde, ſervire, propter te omnia
ſuetè perpeti, ac in ferventi tui dilectione
verare valeant in æternum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Super hæc omnia verò, propter omnes hoſce tuos mi JEſu cruciatus Corporis tui, ſuſcipe me à me in donum, Patrique Tuo Æterno, & Spiritui Sancto me ſimiliter in donum ſimul cum doloribus tuis omnibus exhibe: ac mihi unà cum illis veram patientiam, cordis munditiem, ac puritatem, cumque veſtra Diviniſſima voluntate concordiam æternam elargire. *Pater noſter, Ave Maria.*

III. *Conſideratio*, Heroicarum virtutum Chriſti, in vulnere ſiniſtræ manus ejusdem.

Saluto, adoro, glorifico, Te digniſſimum, ſiniſtræ manus vulnus Domini JEſu Chriſti, & in honorem tuum, genuflexionem hanc adoratoriam facio, illo toto affectu, quo Te omnes Creaturæ adorant, adorareque debent in æternum.

Sequatur contemplatio Heroicarum Chriſti virtutum, in Paſſione eluceſcentium. Summa nempe in Deum & proximum, etiam inimicum, & interfectorem Charitas, ſumma Humilitas, ſumma manſuetudo, patientia, obedientia, reſignatio, paupertas, puritas, ſilentium, modeſtia, compaſſio, innocentia, juſtitia, miſeratio, conſtantia, prudentia, abſtinentia, moderatio, zelus Dei gloriæ, & ſalutis animarum, mortificatio, fortitudo, fiducia, perſeverantia. Ex quarum omnium virtutum contemplatione, accendar deſiderio & ſtudio ſimilium in ſpecie, & in gradu, in me, & in aliis, perpetuá praxi, & exercitatione, in quavis occaſione plantandarum.

Propter merita hujus tui digniſſimi in ſiniſtra manu vulneris, piiſſime JEſu, poſtulo gratiam tuam, ad cognoſcendam, exoptandam,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

exercendam, obtinendamque heroicarum rum virtutum omnium perfectionem. Po humilitatem internam, odium & contem mei, manſuetudinem, obedientiam, f ſpem, inimicorum amorem, injuriarum ob nem & condonationem, Dei timorem, a rum zelum, prudentiam & ſpirituum diſc nem, fervorem, conſtantiam, modeſtiam ſeverantiam in bono & perfectione fin omniaque omnino alia bona, quæ me Tib tiorem reddere poſſunt.

Neque ſoli mihi, ſed omnibus etiam, cunque meos eſſe ſcis & vis, iſta eadem p ipſosque in hoc tuo pretioſo vulnere abſc ut Tibi, mecum unà, in omnium virtutum tudine, potisſimùm in plena Chriſtiana qu ctitate, ſerviant in æternum.

Eam ob rem ô Dulciſſime JEſu, tota mæ, cordis, ac voluntatis meæ ſubſtantiam in præſenti dedico, & conſecro, in habita in thronum, in templum. Simul autem id Tibi ô Pater Æterne, Tibíque ô Sancte Sp facio dedicans me totum Tibi, per omnes Chriſti virtutum ac meritorum gratiſſimo lis tuis theſauros. Accipe, quæſo, ô A Pater, theſauros iſtos immenſos cum hoc to meo, dedicationisque meæ, & ad me tuum cum Filio & cum Spiritu Sancto, in tudine virtutum gratiarumque veniens, Tibi & æternam fac in me manſionem. *noſter. Ave MARIA.*

IV. *Conſideratio*, Mirabilium operum laborum Chriſti in Dextræ manus vulnere dem.

Saluto, adoro, glorifico Te ſpecioſum venerandumque, dextræ manus vulnus Domini mei JEſu Chriſti, & in honorem tuum, hanc adoratoriam genuflexionem facio, toto illo affectu, quo Te omnes creaturæ adorant, adorareque debent in æternum.

Sequatur contemplatio mirabilium, & noſtræ ſaluti utilium JEſu Chriſti operum, & laborum, ab ejus dextera patratorum, tum in omni vita, tum in omni paſſione, atque morte potiſſimùm. Talia ſunt: Prædicatio, itinera, jejunia, vigiliæ, orationes, fatigationes, perpeſſiones famis, ſitis, æſtûs, frigoris, moroſitatis, & ruditatis, & importunitatis humanæ, inſidiarum quoque & doloſitatum, & violentiarum. Talia quoque ſunt Miracula omnis generis, ab ortu ſuo usque ad mortem, Inſtructio, inſtitutio, redemptioque Eccleſiæ, nec non Ordinis ejusdem Sacramentorum quoque & Sacrificii, tum præceptorum, conſiliorum, votorum, perfectionum, myſteriorumque, &c. Ex quibus conſurget in me vehemens deſiderium faciendi laborandique, quàm plurima & quàm digniſſimè: eſtò ſint vilia & abjecta in hominum oculis, eſtò contradictionis, & confuſionis, & crucis plena, pro Gloria Chriſti, pro voluntate Dei, pro ſalute animarum.

Propter merita hujuſce ſpecioſi ac venerandi vulneris in dextra manu tua mi JESU, poſtulo miſericordiam tuam, ad operandum & laborandum ſemper aliquid, tum hodie, tum in omni vita mea, quod ſit Tibi Deo meo gratum, & glorioſum, mihi autem & proximis meis, tuo pretioſo ſanguine redemptis ſalutare. Ac, ſi indi-



G: Druz: bicki oper: ascet: Tomus III N: V 58

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gnus ſum, aliquid aliud operis propter Te
re, opto ſaltem, ut me, & omnes redempto
facias in Sanctitate, donorumque perfe
magnos: opto ut Eccleſiam tuam univ
idoneis operariis, ac ſecundùm cor tuum
omnia factis locupletes; opto denique,
redemptos tuos omnes, in gratia tua ſta
confirmes, perſeverare & mori *in* dilectio
facias: quos omnes ideo, mecum unà
ſpecioſo vulnere tuo demergo, & Tibi
protegendos committo, ut Tibi mecum
gnis & Sanctis laboribus, cum magno glo
incremento, cum longa & laboribus mul
gnisque pari valetudine & vita deſerviant
ternum.

In quem finem mi JEſu, Tibi, & per T
tuo Æterno, Spirituique Sancto, me u
cum Sacrifico, tuoque quod in ultima ca
ara Crucis (Sacrificium ipſe & Sacerd
ſtens) obtuliſti, Sacrificio, meum hoc
cium unio & dignifico, petens à Te, T
Æterno Patre, & Spiritu Sancto, ut hoc
de me ipſo Sacrificium, in odorem ſuavi
cipientes, me nunquam ab iſto, me ipſum
per multos, magnos, aſſiduosque labore
ficandi munere ac opere, ceſſare faciatis.
*noſter.* *Ave MARIA.*

V. *Conſideratio*, Charitatis, amoroſ
que Cordis JEſu Chriſti in vulnere Cordi
dem.

Saluto, adoro, glorifico Te Amoroſiſſ
lateris & cordis, vulnus Domini mei JEſu
ſti: & in honorem tuum genuflexionem
adoratoriam facio, toto illo affectu, quo

omnes creaturæ adorant, & adorare debent in æternum.

Sequatur Contemplatio humilis, ſed ardens & diligens Amoroſiſſimi Cordis JESU Chriſti, ejusque vulneris. Mirabor ignes illos & æſtus exceſſivos ac verè divinos, quibus Dominus JEſus, erga humanum genus, & erga Patrem Æternum arſit in Paſſione ſua. Hic verò etiam ipſe accendar deſiderio ignito, reſpondendi tantæ Charitati, flagrando eâdem inceſſabiliter, practicè, quàm maximè.

Propter merita Amoroſiſſimi vulneris in latere & corde tuo, mi JEſu, poſtulo gratiam & miſericordiam tuam, ad redamandum Te, puro corde, amore caſto, forti, fideli, dulci, prudenti, humili, ignito, efficaci, æterno. Quod ſi non licet tanto qui ſit par tuo, tanto ſaltem qui ſit ſimillimus, & digniſſimus tuo. Quod non ſoli mihi, ſed etiam toti univerſo, toti Eccleſiæ, toti Regno, toti Provinciæ, Urbi, domui, communitati, ordini huic, omnibus præcipuè, quos meos in Te, & propter Te ſcis, & vis, humillimè ardentiſſimèque poſtulo, & illos omnes in hoc centrum, officinam, & mare amoris, in vulnus ſcilicet ignitiſſimi tui cordis, mecum unà injicio, & demergo; ut in eo tanquam in centro immobiliter maneamus, tanquam in mari pleniſſimè abſorbeamur, tanquam in officina exactiſſimè perficiamur. Ut Tibi Deo, Redemptori, Patri, Sponſo, Amori noſtro, omnes & ſinguli ardenter, perſeveranter, ſuperabundanter, conſummatè ad usque mortem, & poſt, per omnem æternitatem deſerviamus. Quod ut fiat, poſtulo tam mihi, quàm omnibus, guttulas Sanctiſſimi

Amo-

G: Druz: bicki oper: ascet: Tomus III N: V 58

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Amoroſiſſimique Sanguinis tui, quas in c
bus noſtris perpetuo circumgeſtemus, i
ad inextinguibilem, & inceſſabilem Am
tuum, ſemper magis ac magis accendamur.

Propter quod mi Dulcis & ſuperadm
lis Amator JEſu, ego me Tibi Tecumque,
Te Patri Æterno, Spirituique Sancto, ſu
tare Cordis Tui, igne Tuæ Charitatis, in Pa
in Mundum, in Electos, in me, holocauſt
cio: purè ad gloriam tuam, Patriſque T
Spiritûs Sancti. Petens & rogans à Te ſup
ter, ut me ignito amore tuo, & Tui, in fa
redigas, meque totum in vulnus Amor
amoremque ipſum, quantùm in toto me
ſum, quantùm verò Tu cum Patre & S
Sancto in toto Te dignus es, convertas.
ab hoc vulnere unquam ſanari, ceſſareque
ſed potiùs illud in me ſemper vivum, recen
pliùs ampliùſque recrudeſcere, per om
ternitatem facias.

*Pater noſter. Ave Maria. Credo.*
*Chriſti, &c.*

# MODUS XXXVIII.

TRigeſimus octavus modus meditandi P
nem Chriſti eſſe poteſt. Si aſſum
Paſſionis Dominicæ partes ad expenden
Anima conetur Chriſto Domino Paſſi
ſuam compenſare, vicemque quàm ma
Chriſto gratam, animæ verò ſalutarem re
dere. Modum hunc meditandæ Paſſionis
cuit Chriſtus Dominus ipſe, Beatam Gertru
iſtâ, quæ ſequitur, ratione.

„[